

A Phœnicia eiecit, receptis uribus quas bello amiserat, in pristinam luxuriam iterum demersit. Euridice forore sua eadem uxore interfecta (Polybius & Josephus Berenicem, non Euridicem, ut Trogius scribit) meretricio Agathocleae amori deditur, regie maiestatis inmemor, noctes integras & dies in stupris & conviviis consumpsit. Quin & Agathocles, meretriculae frater, cum Ptolemao faciebat stuprum. Quia duplici illecebra ita sibi regem devinxit, ut regnum suo arbitrio administraret, nemoque minus in suo regno, quam Philopator, posset. In hoc fœdo vitæ infinito rex vitæ decessit, parvo filio ex Euridice, sive Berepice potius, relicto. Agathocles Alexandrinorum incurrit interfectur, cuius soror Agathoclea & mater sunt postea crucibus affixa. Alexandrini, quia constans fama erat, Antiochum & Philippum divisisse inter se Alexandrinum regnum, Ptolemaum puerum à patre relicto, qui Epiphanes cognominatus est, per legatos Populo Romano commendarunt. Sab. lib. 6. Em. 5.

Afrorum.

B In Plutarchi Moralibus lectum est, Cyrenaorum tyrannum Nicocratem, post multa crudeliter & nefarie perpetrata, portis quoque custodes apposuisse: qui mortuos, dum efferrentur, gladiolis confoderent, & cauteria admovent, ne quis per fraudem vivus elaberetur. Sic illud ex Septimii Florentis apologetico: Ristimus inter ludicras meridianorum crudelitates, Mercurium mortuos cauterio examinantem. Cal. lib. 7. cap. 31. A. L.

Omnes omnium tyrannorum crudelitates, vel adequavit, vel superavit Generificus Vandalorum primus rex in Africa, cum Barbati hominis innata feritatem hærescos Arianae virulentia contra Orthodoxos magis magisque exacerbasset.

GILMER post Hildericum regem à se interfectum, quinque annis Vandalis imperavit, tanta crudelitate, ut ne parentibus quidem parceret. Siebert. in Chron.

Claudianus de bello Chilonico sub Africa propopœja Gile demem tyrannum, qui in Africa rebelarat, sic describit:

- pars tertia mundi
- Vnius yradonis ager. Distantibus idem
- Inter se vitis cinctus. Quodcumque profunda
- Traxit avaria, luxu pejore refundit.
- Instat terribilis vivis, morientibus hæres,
- Virginitibus raptor, thalamis obscens adulter,
- Nulla quies oritur præda cessante libido.
- Divitiibusque dies, & non mensura maritis.
- Quisquis vel lacryles, pulchra vel conjugis noxia,
- Crimine pulsatur falso, si crimina desunt,
- Accius conviva perit: mors nulla refugit.
- Artificem, varios succos spemque requirit.
- Serpentes virides, & adhuc ignota novercis,
- Gramina. Si quisquam vultu presentia damnet,
- Liberisve gemas, dapibus crudelis in ipsis
- Emicat ad nutum stricte mucrone minister.
- Ficus quisque thoro tacita formidine libat
- Carnifices epulas, incertaque pocula pallens
- Haurit, & intentos capiti circumspicit enses.
- Splendet Tartareo surialis mensa paratam,
- Cade madens, atrox gladio, suspecta veneno.
- Vi vino calafata Venus, tum favior ardes
- Luxurie: mixtis redolent unguenta coronis.
- Crinitos inter famulos, pubemque canoram
- Orbatas jubet ire nurus, nuperque peremptis
- Arridere viris.

Græcorum.

CYPSELLUS Eteionis F. Corinthi tyrannide potitus, Corinthiorum multos pecunia, longè plurimos anima privavit. Cui, cum triginta regnasset annos, bene vita defuncto, successit in tyrannide filius Periander, Olympiad. 38. qui inter ista mitius agebat, quam pater; sed ubi per nuncios consuetudinem habuit cum Traibulo, Mileti tyranno, patre crudeliter effudit est. Lysidem uxorem (alii Melissam scribunt) in pellicis gratiam interfecit, & ut Aristippus prodidit, cum Cræta matre concubuit: filium relegavit, & Corycensium natum, quantum in se fuit, Alyati exsecandos præbuit. Sub extremum vitæ vertus, ne infestulus faceret, duobus robustis militibus occultè mandasse dicitur, ut via quadam noctu ingressi, qui primus hominum eius occurrisset, ferro obruerent, ac quam occultissimè quirent, corpus humi conderent. Mox

quatuor scorum missi, qui duos illos nocturnis exceptos in fidiis interficerent, interfectos habuerunt. Secuti, qui hos quatuor ex improbis peremerunt: horum quoque percussores pari fraude à pluribus oppressi, omnia nocte una, in equalibusque intervallis gesta. Ipse primis duobus se ignotum obtulit, à quibus ferro exceptus perit, ignobiliterque exsententia est humatus. Sab. lib. 4. Em. 2. ex Herod. lib. 5. Satellitibus circiter trecentis stipatus venit, ne cives ferros haberent, neve otium agerent. Si qui in foro sederent, multabat, timens ne quid contra se deliberarent. Suidas.

Hippiæ Pifistrati filio, nocturna species matris, cum qua coire videbatur, sibi per quietem oblata ferunt: nec multo post Athenarum dominio potius fuit. Patre impotentior effrenatiorque, quum exul solum verisset, impia contra patriam arma molitus fuit; & cum Dario conspirans, in pugna Marathonis cæsus, pœnas patriæ & penatus dedit. Alter vero ejusdem Pifistrati filius Hipparchus, qui multorum tyrannorum fœderum antecessit, quum patriam & cives impotentem dominatu opprimeret, conjugatione in caput tyranni facta, ab Harmodio & Aristogitone cæsus fuit.

TRYZUS insignis tyrannus adeo vexavit suos, ut legem etiam ferret, ut nemo cum altero neque privatim neque publice sermones mitteret. Quod sibi fuit gravissimum, qui cum oculorum manuumque gestibus, & nutu, animi sensa mutò significarent, etiam hoc prohibuit. Quidam igitur desolationem illam agrè moleste ferens, in forum progressus est, ibique stans, cum multis lacrymas effunderet, reliquam etiam multitudinem ad sectum promovit. Verum tyrannus cum & hoc intellexisset, festinus in forum, ut & oculis ac lacrymis hanc naturam liberatam eperet, cives arma satellitibus exortuantes, tyrannum interfecerunt. Aelian. lib. 12. de Var. lib. 1.

ARISTIPPUS, cæso Aristomacho, tyrannidem Argis occupans, socius Antigoni regi, vivum in urbe ex inimicis neminem reliquit. Satellites foris in perisilio excubabant. Ipse serenos cum cœnasset, omnes exigebat, & interiorum domum occidens, cum amica in parvum se abbebat cubiculum editum quod catastra claudabatur. Scelas amicæ mater auferbat, & casque alio in conclavi recludebat, rusticisque ortu luce evocabat tyrannum, serpentes modo ex latro erentem. Hunc, eruptione Cleonis facta, Aratus Sicyonius fudit, Tragicus Cretenis trucidavit. Tyrannidem Argivorum Agias & Aristodemus occupaverunt, Antigoni subsidio. Plut. in Arato.

POLYCRATES Aëcis I. Samum insulam armis occupatum, cum Pantagoto & Sylostone fratribus primò tenuit: mox horum uno interfecto, alteroque in exilium actum, solus tyrannidem exercuit. Res hujus tam celeri cursu creverit, ut unus Polycrates felicitas, tota Græcia & Jonia celebri prædicatione extolleretur. Nihil illi tam arduum molebat, ut tam difficile, in quo non fortuna ejus votis responderet. Aderant Polycrati centum bremes, & in his ligati mille, quibus opibus fretus, utamque Aëgis maris oram cum interjectis insulis suæ injuria reddidit obnoxiam, eò fiducia provectus, ut vulgò prædicetur, Se magis iis gratificari, quibus adempta restitueret, quam quibus nihil ademisisset. Vicit interim & Lesbios navali prælio, qui adversus eum opem Miletiis latui venerant. Eos captos, Polycrates fossam, qua Mileti menta cingere fuerat adortus, fodere adegit. Haud multo prius quam Cambyles Perfarum rex periret, ab Orceæ Lydiæ præfecto fraude captus, & cruci affixus est. Sabel. lib. 7. Em. 2. ex Herod. lib. 3.

SYLOSON munificentia Darii, mortuo Polycrate, Samiorum adeptus tyrannidem, cum acerbitus exerceret imperium, ita ut fere solent il, qui ab humili fortuna repente ad res amplas provehantur, & ob hanc causam insula desererent ab incolis, proverbio dici capsum: Ένας Συλοσόνος άρρογοία, id est, Spatiosa regio est Sylofontis gratia. Unde etiam convenit in acerbè gerentem magistratum, aut in principem malum, cuius vitio delectatur ab incolis regio. Erasim. ex Strab. lib. 14.

ALEXANDER, Phæreorum tyrannus, vivos homines defoderet, pellibus tectis apertum & urinarum venaticis canibus immisissis diceret & conficere jaculis fovebat. Melibœam & Scoutam fœderatas civitates in conclave satellitibus undique circumfusis, concludidit, lanceam, qua confoderat patrum Polyphronem, consecravit, & que redimita ut deo immolans, Tychonem appellavit. Cui aliquando tragœdum Euripidis agentem Troadas spectare, proripuisse se ex teatro dicitur, misisse nuncio confirmasse hominem atque adhortatum, ne idèo nimis proficeretur ludos: neque idcirco discedere se, quòd cum fallidiret, sed quòd erubesceret cives

A cives, si se qui nullius unquam ab se necatorum fuisset captus misericordia, calamitate illucrymanem Hecuba & Andromachem conficerent. Plutarchus in Pelopida. Cum uxorem Theben admodum diligeret, ad eam tamen veniens, barbarum, & eum quidem, ut scriptum est, compunctum notis Tracis, districto gladio jubebat anteire: præmittebatque de stipatoribus suis, qui perferretur arcu culum mulieres, ne quod in vestimentis occultaretur telum. Ab ea tandem propter pelliculas suspicionem interfectus est. Cicero lib. 2. Offic. Theopompus lib. 16. Histor. ait: Cùm Hegesilochus Rhodius obtemperantiam taloque inutilis profusus esset factus, neque dignitatem ullam omnino haberet apud Rhodios, sed à locis omnibus civibus ob vitæ intemperantiam accitauerat, paucorum principatum cum amicis constituit. Qui multas nobiles matronas dedecore affecerunt, ac non paucos & pueros & juvenes vitiarunt: in tantumque peulantia processerunt, ut vel talis luderet inter fe de liberis mulieribus, differenterque inter talorum factum, quam urbanarum victus ad victorem adducere deberet. Athen. lib. 10. cap. 15.

B DEMETRIUS, Phanostri F. sapientie laude præstans, à Cassandro Macedone Atheniensium tyrannus constitutus, à Demetrio Antigoni F. eiecit est. Sed rursus Cassander Lacharim plebeiorum principem in fidem suam recepit, utque obsequium invaderet, persuasit. Qui omnes tyrannos acerbitate in homines, in deos impietate superavit. Quem inde Demetrius subvertit. Pausanias in Atticis.

Epirote post Pyrrhi regis mortem Aristotimi subita tyrannide oppressi sunt, apud Eleos, Antigoni regis auxilio. Erat hic sua sponte ferus, & colluvie barbarorum, quos stipatores habebat dominatus & corporis, præ metu obnoxios, multas eorum in cives contumelias & fœda facinora diffimulabat. Obtingenti exules ad Atolos profugisse feruntur. Hi orantur, ut uxores filios & liberos concederet tyrannum. Ille paulò post per præconem pronuntiavit, permittere se feminis, quæcumque vellet, vitos sequi, & quantum ex rebus muliebribus liberis, sportare. Animadvertens fuisse omnibus id decretum gratum (amplius tumentæ erant) stans die iussit: uno agmine abirent, velut in luxu eas ipse deducitur esset. Constituta die festina, cum res suas convassent, & parvos liberos partim ulnis ferrent, partim imposuissent plaustris, ad portam fe mutò expectantes convenerunt. Ibi repente tyranni satellites excussit, vehicula & plaustra evertunt, & in ipsas impellunt, pæque medias crudeliter agunt. Infantem partim plaustris excussit, partim obruit interibat. Tandem in carcerem coniecerunt cunctas: pecuniamque ad Aristotimum deportarunt. Sacerdotes Liberi patris, quas Sedecim appellant, cum velamentis supplicum & Dei coronis Aristotimo in foro occurrunt. Stipatoribus earum reverentia via decedentibus, primùm stabant tacite, ac velamenta supplicum religiose portigebant. Ut intercedere eas pro mulieribus, atque iram deprecari cognovit, magno clamore invehit in satellites, quòd has admisisset, iussit hinc impellendo, hinc verberando eas exigi foro. Insuper singulas binis talentis multavit. Hanc tyranni sevitiarum ultoribus Helemaus, sive Hellenicus quidam (erat is fenex & liberis orbis, vitæ & rerum omnium securus) dissiduos amicorum domum vocat. Quos quum ad libertatem ferro repetendam, & ultionem patriæ hortaretur, nec cives in sententiam tyranni metu traheret, clausa domo fe ad Aristotimum missurum interminatur, ut ad se tanquam ad conjugationem opprimendam accurreret. Quo meta illi ad dacti, in Helemati verba contra tyrannum jurantur: cumque exules Amynonem occupassent, occasione captata, in templo cæsus est tyrannus. Uxor laqueo semetipsam suffocavit. Filia à populo ad suspensum adacta. Plut. de Vir. mul. & Sab. lib. 9. Em. 4.

CAPUS Athenis, & abolita Democratia, Lysander xxx. tyrannos illis imposuit, qui sese ter mille satellitibus munerant. Civium multi libertatis non inmemores, metueque periculis, voluntarium sibi exilium conscivere. Favebant interea Lacedæmonii tyranni, & Lysander in primis, edictoque veritatem, quempiam Athenis proficisci, profectumque Græciæ urbibus privato publico hospio iuvare. Thebani contra iniquo animo ferentes, civitatem clarissimum triginta tyrannorum sevitia lacerat, & quod iniquus videretur, Lacedæmonios esse ejus injurie auctores, qui liberanda Græciæ titulum bello præstulissent: edixere, ut capitale esset, si quis Boeotiorum Atheniensium extorem non hospitio, & omni opejuvisset. Vulgo igitur ex Attica in Boeotiam ab exulibus

L. B. T. beat. vit. Homan. Tom. 11.

concessum, eratque in his Thrasybulus, homo acri ingenio ac tyrannide infesto. Hujus ductu quadringenti Atheniensium exules Thebis profecti, Philam primò occuparunt, & inde Piræum. Sabel. lib. 9. Em. 3.

ARISTION, tyrannus Atheniensium, obsidentem Athenas L. Syllam didiceris suis exasperavit, homo cui ex perantia & fœditate confusus animus erat, terribiorumque Mithridatorum morborum & vitiatorum collegerat in se colluvium. Cùm mille drachmarum medimum tritici in urbe esset, & homines tunc parthenio, quod in arce cresecbat, sustentarent se, calcamentis & lecythis elixis victitarent: vino comestationibusque diturnis perpetuò confectus, saltans, & illudens hostibus, sacram lucernam extingui olei penuria permisit. Hiero: phantidi tritici modium ab ipso mendicanti, aliquantum piperis misit. Senatum & sacerdotem, ut civitatis miseretur, & pacem faceret cum Sylla, supplicantes, sagittis disiecit. Vix tandem aliquando misit ad agendum de pace duos, aut tres ex compotioribus suis. Quibus nihil salutare postulantis, sed Thelea, Eumolpum, parta de Medis decora jactantibus: Sylla, Facestie, inquit, beati, atque verba ista referere vobiscum. Ego quidem Athenas non audienti gratia sum à populo Romano missus, verum ad domandos rebelles. Urbe tandem capta, tyrannus in arce, quò confugerat, obsessus est: cuius rei fuit Curioni cura demandata. Cum obsidionem ille diu toleravisset, aquæ penuria pressus dedit se. Divinitus id accidisse comprobatur illico est miraculo, nam eodem & die momento deduxit illum Curio ex arce, & coierunt ex sereno nubes: unde imber ingentibus suffus procellis, arcem aqua implevit. Eum tandem Sylla veneno necavit, cum reliquos omnes captivos Archelao duci Mithridatis facta pace restituit. Plut. in Sylla.

APOLLONORUS Rempub. gerens apud Cassandrenses, simulata probitate & fide, & libertatis studio, & Antiochi regis odio, cum maximè omnium popularis haberetur, seruos atque operas conceitavit, & correptum adolescentem Callimachem mactavit, eumque coquo Leontemum coquendum dedit: is viscera hominis cocta conjuratoribus epulanda apposuit. Quibus & vescentibus, & sanguinem vino permiscendo arum efficiuntibus, corpus eis ostendit, fœcleris communionem fidem conjugationis firmans. His usus locis, tyrannidem occupavit, tyrannusque truculentissimus evasit omnium, quotquot unquam vel apud Græcos vel apud Barbaros existeret Polyani lib. 6.

Pontis.

CLEARCHUS Ponticus, Athenas venit audiendi Platonis cupiditate. Ejus consuetudine non diu usus, in formis vidit mulierem sibi dicentem: Excede Academia, & fuge Philosophiam: neque enim, ea frui tibi fas est, quæ te infestissimo vultu intuetur. Dum exul obrerat, pervenit ad Mithridatem regem. Non multo post gravis inter Heracleotas exiit seditio. Illi pacificatorem deligunt Clearchum. Is in reditu, diversorio quodam rursus in formis Evopium, Heracleotarum tyrannum, sibi dicentem audit: Oportet te tyrannum esse parare. Sed & hic Philosophiam eum cavere jubet, renovata formis Atheniensis memoria. Rerum potius, divinos haberi sibi honores postulat: vestes deorum induit, filium tuum Ceraunon, id est, Fulmen, appellavit. Rumores speraræ, se diuissimum satellitem, & confiso trecentorum Rempub. traditurum. Mox positus ad curiam militibus, trecentos cives per præconem evocavit, & singillatim iussit in arcem duci. Alio tempore delegit ei civibus eos qui essent ab anno sedecimo usque ad duodecimum, ad expeditionem sub Canicula ardentibus, quasi urbem Afticum oppugnaturus. Postquam ad urbem appropinquavit, cives quidem in palustri loco iussit castra ponere, & Thraces incurfantes arce: ipse vero quasi summum periculum oppugnationis toleraturus, cum mercenariis excellentia loca & umbrosa, aquis affluentia cepit. Et eò usque oppugnationem extendit, donec cives pestilentia invasit. Postquam autem omnes perierunt, tunc cum mercenariis etiam movit, pestis prætextu. Polyen. lib. 2. & Sab. lib. 8. Em. 4. Interfecit eum tandem Chion, familiaris Platonis, & auditor. Suidas.

Romanorum.

TARQUINIUS Superbus, sublato locero rege Servio Tullo, conversus inde in cædem, quicumque ex primitibus Tullii rebus faville credebantur, ad unum est omnes crudeliter

A infectatus : alios ut eorum bonis potiretur , in quocun- que crimine devocavit , subornatis qui qualibet causa- re eos facerent . Quae accendendi licentia multis causam praebuit , prius quam in periculum devocarentur , soli exilio vendendi , Ordine amplissimo per haec exinanito , alios in curiam legit , & eos in primis , quos satis obnoxios se habiturum intelligebat . Alii auctores sunt , nul- lum in interfectorum locum surrogatum , ut curia insigni- paucitate adhuc contemprior fieret . Ratus deinceps , re- gnum eisdem quibus quassum erat artibus obtinendum , corpus armorum circumdedit praesidio ; sique terribilior factus , omni instituta priorum regum sublato , capita- lia iudicia solus exercebat : solus , quae ex regni potius quam civitatis usu essent , decernebat . Difficilis ad eam aditus , implacabilis vultus , in audiendo , & responden- do nihil miror , ut iam tyrannidem ex professo exerce- ret . Fecitque bellum , inducias , pacem , non ut ceteri reges publice faciebant , sed domesticis consiliis iunge- re ac ditinere , & quod tutor domi esset , externas sibi gen- tes studio & arte conciliabat , in primisque Latinos , Sabell.

lib. 6. En. 7.

C. MARII & L. SYLLAE civiles dissensiones in horrendam carnificinam optinorum utriusque factionis civium erupere . Triumvirorum postea , Augusti , Lepidi , & M. Antonii . Vide Agrippinam .

In Tiberio Imperatore par avaritia , ac luxuria . Cru- delitas multo adhuc insignior , quam in eo adolescente Theodoros Gadareus , quo ille iulus est dicendi magistro , sagaciter reprehendisse dicitur , lutum identidem appella- ns sanguine maceratum . Drusum fratrem apud Augu- stum in apertum vitae discrimen adduxit . Germanicum , Drusi filium , quem Augusti iusta adoptaverat , veneno interceptit . Agrippinam ejus conjugem , Neronemque & Drusum filium iam adultos , variis calumniis cooperatos senatus damnandos objecit . Hic in Palatio necatus , ita ut subductis alimentis , tormentum & culcitra mandere conatus sit : ille in Pontis insula , quod fuerat relegatus , viso unco & catenis in carnificis manibus , ratus patrum decreto ad supplicium venire , sibi vim intulit . Nec in Juliam olim sibi nuptam misit exiit , quam adulterii a- pte damnatam , ac postremo relegatam , omnibus post Augusti interitum privavit alimentis . Matrem Liviam , postquam Capreas cecisset , semel adiit : mox ne motum quidem videre voluit , Biennio continuo extra ur- bem pedem non exiit . Reipub. curam abiecit , Capreas Campaniae insulam petiit . Hispaniam & Syriam per aliquot annos sine consularibus legatis habuit . Ar- meniam à Parthis occupari , Mesiam à Dacis Sarmati- que , Gallias à Germanis vastari neglexit , non sine magno Imperii dedecore . Constituit Capreis velut car- nificinam quandam , ubi miseros cives per exquisitissi- mos necabat cruciatus . Ex eminentissima rupe praeci- pitabat in subjectum mare capitis destinatos , ut femineas excepti remis contiguae fessae à classariis lanarentur . He- lum Senanum , quem ad fastigium dignitatis exverat , subita vi oppressum abiens interfecit . Ex omnibus amicis vix duos tandem incolumes praeslitit . Multi grammaticae artis alia- rumque disciplinarum periti , aut fama sub eo , aut capite periclitati sunt : quorundam etiam scripta abolita , & jam eo processerat saevitia , ut omne crimen viri nobiles levissima sunt de causa afflicti : odique per haec ille humanum genus , odio- que fuit omnibus . Sabell. lib. 1. En. 7. Iliud etiam verus di- ctum usurpavit : Me mortuo consagret terra incendio . Pri- mum beatum praedicabat , quod cum patria & regno peritiff- caula) vix duos aut tres incolumes reliquit , ceteros diversis causis necavit . Seleucum grammaticum ad mortem compul- sit . Piscalori , qui sibi secretum aliquid Capreis agere mul- tum inopinanter obtulerat , perfricare eodem pilce faciem iussit , & os locusta lacerari . Nullus à poena hominum cessa- vit dies , ne religiosus quidem ac sacer . Multos accusavit & damnavit cum uxoris ac liberis suis . Interdixit , ne capite damnatos propinqui lugerent . Nemini delatorum fidem abrogavit . Plerique citati ab eo ad dicendam causam , par- tim se domi vulneraverunt , partim in media curia vene- num hauerunt ; quos tamen colligatis vulneribus & se- manianis in carcere rapi imperabat . Puniti omnes in Gemonias unco trahi sunt . Viginti uno die abjecti tra-

ctique , nulla gratia , aut sextus habita ratione . Virgines E- pieraque prius à carnifice vitatae , demum strangulate sunt . Mori volentibus vim adhibebant vivendi . Mortem adeo leve supplicium putabat , ut quum audisset , quendam Carnilium eam anticipasse , exclamaverit : Carnilium me evasit . Furiosus dolore quem ex morte filii Drusi conceperat , multos nulla causa interfecit . Rhodiensem hospitem , quem benignis literis Romam evocaverat , ubi adventu , torqueri iussit , & occidit coegit . Eum qui in aeternam Au- gusti defuncti aliquid futuraverat , & dixisse ferebatur , Le- gata , quae populo Romano testamento ejus relicta , nondum data esse , statim occidi iussit , uti ipse de iisdem rebus mun- dani cum interesse pollet , altero occiso , vetuit alteri , ne eo certaminis genere in reliquum tempus uteretur . Mul- tos etiam interfecit iussit , explorata die & hora , qua nati fuissent , atque inde animadversa eorum natura & mori- bus : Quem enim excellere videbat , aut sperare principa- tum , eum funditus perdebant . Gallum , qui uxorem ejus duxerat , quod fuerat libere de principatu locutus : cum ad eum esset missus legatus , in custodia diu condemnatum retinere voluit , quod diutius cruciaretur : sed graviores accepisset injurias , quam ut bene beateque vivere posset , Syriam nullam ob causam occidi fecit , hominem sane doctum & eruditum , quum quodam dixisset , se ejus Galli amicum esse , qui tanto odio à Caesare prosequeretur . Tam magna multitudo senatorum ejus crudelitate & infamia in- terit , & reliquorum hominum , ut magistratuum provincias , quas sortiri fuerant , praetorii quidem viri triennium , con- sularium autem sex annos penuria successorum obtinerent . M. Emilius Scaurus , nullo seclere admisso , capus sub eodem ob trageciam , quam comploterat , qui nomen erat Scaurus , in eundem casum incidit . Gladiatores qui praecatus mu- cronibus decerabant , avidè jugulari perpiciebant , attentius ora morientium intuitus : bestis quosque damnatos , non sine voluptate dilanari crebatur , parvique de rebus ho- mines fetis ipsis objiciebat . In theatro ad spectandum com- moratus , etiam cum populus praesum abiret , fetis ipsis cru- delior , nisi pudor obstitisset , ab humana carne demps non cohibuisset . Quomobrem cum Tiberi secundum veterem morem , securi quendam ferri ad palum ligatum cuperet vi- dere , atque abesse carnificem , eo se loco , ubi res agenda erat , non dimovit , quoad carnifices ab exilio Roma venit . Dion. & Suet.

Successit Tiberio C. Claudius Caligula , à castrensi habi- tu ducta appellatione , filius Drusi , Augusti Caesaris privigni , & Tiberii nepos , ab initio clemens & popularis , omni in- matrem & suos injuriarum memoria abolita : satis constabat , alio- rum impulsu variatae delatione , eos à Tiberio afflicto . Ma- gnis Agrippinae cineres , & Neronis fratris , ex Pandataria & Pontia intulit aureo vase reatos , Augusti Mausoleo intulit . Mox velut facto agmine , omnia in uno vultu repente exite- runt : saevitiae tanta , vel potius feritas , ut ex custodia notare , quorum carnibus bestiae ad manus alerentur : multos etiam his in arena lanianos objiceret . Avia Antoniae defunctae nul- lum exhibuit honorem , prospexique sicis oculis è triclino H- ardentem rogi . Syllanum foecurum ad fecandas novacula fauces compulsi . Ptolemeum regis Iuba filium , consobrinum suum , item Macronem & Ennium (quos habuerat Imperii adiutores) pro meritorum gratia pensavit morte . Multos ex senatoribus interfecit . Quosdorum suum in conjugatione no- minatum flagellari veste detracta . Multos honesti ordinis prius signatae deformatos , ad munitiones viarum , ad metalla , aut ad bestias condemnavit , aut bestiarum more quadrupes coegit interesse , quorum uni valentudinem excusanti , lecti- cam misit . Curatorem numerum , & venationum , non prius oc- cidit , quam offensus putrefacti cerebri odore , Comedograp- tum quendam ob ambiguo loci verticulum igni cremavit in ipso statim amphitheatro . Equitem Rom. obiectum feris , quum se innocentem clamaret , reduxit ; abscissa lingua , in- cognosceret representantur spectaculum , Charea cervi- duxit rursus , Quendam ab exilio revocatum , quum interro- gasset :

Agasset : Quidnam ibi facere conavisset : quum per adula- tionem responderet : Semper oravi , ut periret Tiberius , & tu imperares ; capta ex eo verbo conjectura , exules suos mortem sibi imprecari , misit qui universos contrucidarent , Dicebat , omnia sibi in omnes licere . Gallis Graecisque ali- quot uno tempore condemnatis , gloriabatur , Gallograeci- que se subegisse . Quos torquebat , minutis ictibus plecti jubebat , ut de mori sentiant . Jactabat & illud tragicum : Ode- rint , quod me tuant . Operavit plerumque , ut populus Roma- nus unicum haberet cervicem . Querebatur & dolebat , sua tempora nullis calamitatibus publicis insigniri . Optabat exer- citum caedes , famem , pestilentiam , incendia , & hiatum alicquem terrae . Puteolis dedicatione pontis multos è litore ad se invitatos omnes praecipitavit . Quosdam gubernacula apprehendentes , contis destruit in mare . Publico epulo servum ob detractam lectis argenteam laminam , carnifici consilium dedit , ut manibus abesset , & ante pectus è collo pendebitibus , per cunctos epulantium circumduceretur , praecedente titulo , qui causam poenae indicaret . Mirmillo- nem secum rudibus cerantem , spontè prostratum , confodit ferrea sica . Admota altaribus victimam , elato malleo cul- trarium mactavit . Insistens Jovis simulacro , quum Apel- lem tragodum interrogasset , uter illi major videretur : cun- ctantem flagellis dicit . Uxorem aut amicum quum ocula- batur , addebat : Tam bona cervix , simul ac iussere , demetur . Tiberium nepotem interfecit iussit , quod dicebat , ab eo mortem suam optatum , & expectatum fuisse : qua de re & quampluri- mos alios occidit . Uxorem autem nullo pacto impleri posset , congressi jubebat , ita utreque & viginti equites uno die caesi sint . Cum defecissent interfecit iussit , quod dicebat , ab eo turba , quae in tabulis confederat , corripit iussit , & bestis objicit : isque quod minus loqui posset , aut quenquam accusare , lin- gvas praecidit . Coegit etiam illustrem equitem descendere in certamen gladiatorum , quasi Agrippinae matri suae injurias fecisset : eumque postea , cum victor fuisset , secutari & in- terfici iussit , patremque ejus qui nihil commiserat , conjunctum in caveam , sicut alios permultos , interfecit . Cum omnes eas C- quae congefserat Tiberius pecunias , decossisset , animum ad rapinas converterit , nova excursum atque inaudita vectigalia , testamenta divitum irrita faciens , resque una sententia qua- draginta condemnans . Turpes actiones intinens , in acer- vis auri volutabatur . Cum magnam in Gallis exercitum colle- gisset , in quo erant militum ducenta quinquaginta millia : eorum magnam partem consumpsit , eos singillatim , non- numquam etiam confectos occidendo . Cum conspexisset mag- nam multitudinem eorum qui erant in vinculis , omnes à calvo ad calvum , ut dicitur , occidit iussit . Congregato po- pulo , magnam vim auri argenteique profudit de superiore lo- co : quam plerique dum colligebant , vulnerati graviter , mor- tem obierunt , eodè quod ferramentum quodam cum iis commix- ta fuerant . In Gallis , cum divites ad se vocasset , variis modis occidi iussit , ut ipsorum bona occuparet . Cassium Melinum occidi iussit , coegitque Capitonem patrem ejus , virum bo- num , nullius accusatum delicti , supplicio filii interesse : qui cum à Caio peteret , ut sibi oculos claudere liceret , iustus est pariter occidit . Servorum dominarum instituit , lege lata , ut iis accusare dominos liceret , si quod eorum peccatum vidis- sent . Unde ingens calamitas orbem terrarum omnem oppres- sit , cum servi maxims penis dominos subicerent : Quilibet enim cruciatus ab hero furo illatos ulcisci voluit . Status viro- rum illustrium ferè omnes dejecit , parumque abuit , quin carmina Homeri combureret : & Virgilium , quem nullum dixit habere ingenium : Liviumque , quem verbosum appel- lavit , una cum praefatosurum scriptis , deleret , extirparet- que . Vetusissimus familiaris tibi eripuit insignia . Libidinis erat ita debacchabatur , ut praeter sorores , quibuslibet incestum commiserat , & mox exolevis sibi prostraverat , deperiret dios- bolare sortum , qui Pyralis nomen erat . Omnibus honestis infidabatur matronis : quas ubi cum maritis ad cenam vo- catas vitasset , palam de concubui in convivio diserebat , carum has laudans , has vituperans . In hanc crudeliter be- stiam conspirationes alicue detectae sunt : ultima tandem per Chaream Cassium tribunum , & Cornelium Sabinum fa- cta , felicem sortita est exitum . Nam cum Cajus pueros re- cognosceret representantur spectaculum , Charea cervi-

ci gladium à tergo immisit , ex adverso pectus Sabinus E- trajecit : cadentem XXX. vulneribus confecerunt . Ca- daver tumultuario rogo semiambustum , levi cespite in hortis Lamianis obruerunt , donec fortes ab exilio re- versa concremaverunt . Sic mortuus est anno aetatis vi- gesimonono , cum imperasset triennio & decem mensi- bus . Duo libelli in scriptis ejus reperi sunt , quorum alteri Pugio , alteri Gladius pro signo erat impressus . Ambo lectissimorum virorum utriusque ordinis senatorii & equestris nomina , & notas continebant morti destinato- rum . Inventa est & ingens arca variorum venenorum : quibus mox Claudio Caesare jubente demersis , infecta ma- ria tradunt , non sine magno piscium interitu , quos enectos in proxima litora passim astus eiecit . Suetonius , Dion. & Suid.

CLAUDIUS Caesar (qui interfecto Caligula successit in Imperio) tormenta quæstionum , pœnalique parricidarum , representabat , & exigebat palam : Gladiatores retiariorum jube- bat interfecit , ut expirantium faciem videret . Bestiaris meri- dianisque gladiatoribus adeo delectabatur , ut à prima luce ad spectaculum descenderet , & meridie dimisso ad prandium F- populo perfederet . Curiam ingredientem senatorem gra- phis primo confossum , post etiam dilaceratum , inde in mem- bra & artus , ac viscera disicerunt , per urbis vicos trahi iussit : denique ante se ipsum collecta ea congeri , quo & animus cum primis & oculi fatiarentur aspectu tam fædo , ac volu- pte tam nefaria & perdita . Papinium , consularis viri filium , & Bassum quaestorem suum , procuratorisque sui filium , alioque tum Senatores , tum equites Romanos , eo- dem simul die , & flagellis caecidit & torit : non quæstionis , sed (ut Seneca ait) animi tantum & voluptatis gratia . Quin- etiam sanguinariae hujus voluptatis differenda , moraque ejus impatiens , cum inambularet in xylo materorum hor- torum , lucemque insequentem fumendis supplicis specta- re neutiquam posset : Senatores quosdam cum matronis de- collari ad lucernam iussit . Ne vero levitiam suam non ex om- ni occasione notam faceret , votum exegit ab eo qui pro salu- testia gladiatorum promiserat operam . Spectavit ipse feroc- diticantem , nec dimisit nisi victorem , ac post multas pœces . Alterum qui se periturum eadem de causa vocat , cunctan- tem pueris tradidit , verberatum insulatumque votum repo- scentes per vicos ut agerent , quoad praecipiantur exaggere . Suetonius & Dion.

DOMITIUS NERO , Domitii Anobarbi , & Agrippinae filius , quinquennio primo opt. princeps fuit . Eo exacto , sibi dissi- millimus evasit . Crepulo pileatus popinas inibat , circum- que vicos vagabatur , obvios quoque aut verberibus aut vulneribus dehonellans , cloacisque immergens , nunc taber- nas effringere , & expilare conatus , ut sepe periculum vitæ adiret . Dein cum seditiones pantomimorum in theatro ori- entur , lapidibus & saxis ipse ita in populum jecit , ut pra- toris conlaucaret caput . Comestationibus ita intersivit , ut à medio die ad mediam noctem epulas protraheret , inter scortorum sedens cœtus & exoletorum ; nam & pueris abu- tebatur , & nuptis . Virgini Vestali Rubriae vim intulit : Actem libertam ita deperibat , ut penè sibi matrimonio jun- geret . Sporum puerum eunuchum , ornamentis muliebris exultum , ad sese deferri iussit , & pro uxore habuit . Sic & Doryphorum libertum , quem Tacitus Pythagoram vocat , in conjugem accepit , & maritum suum , quem se mulierem affingeret , fecit : eoque progressus est , ut neque suæ , neque H- illorum pudicitiae parcens (testante Aurelio sexto) ad extro- mum amictus nubentium virginum specie , palam convocato Senatu , dote dicta , cunctis seista ex more frequentan- tibus nuberet . Agrippinam matrem incestavit , ac contami- navit . Et cum à Seneca (teste Tacito) admoneretur , ut matris infidias , mulieris atrocis ac imperiosa , caveret : mere- tricem quandam Agrippinae simillimam , inter concubinas recepit . Per cuncta autem flagitia volutus ac fœdatus , nihil flagitii reliquerat , prodigalissimus & effusissimus , tam donando , quam ædificando , ut jam opibus exhaustus ac ægens , ad rapinas animum intenderet , sacrilegisque tem- pla deorum spoliaret . Ac tum demum ad crudelitatem evenit . Germanicum veneno sustulit . Agrippinam ma- trem , multis infidiis frustra attentantem , aperta tandem vi aggressus , à Centurione necandam curavit . Amitam Le- pidam per medicum pharmaci purgantis specie occidit . Cassio Longino Jurisconsulto oculos effudit . Polyphago cuidam Aegyptii generis , crudam carnem mandere af- sueto ,

A **flueto**, vivos homines lanianis objiciebat, & absumendos. Justi etiam suscitari veneno Britannicum fratrem, sola tractus invidia, quod Britannicus vocem ad cantandum, se jucundiorē haberet. Domitiam, amitam suam, veneno sustulit; ac bonis ejus, quae Bais & in mari Ravennati erant, ablati, in his magnifica trophaea statuit. Octaviam Augustam propter Sabinam pellicem repudiavit, & postea interfecit. Pluto interfecto, postquam vidit caput ejus ad se perlatum: Necelebam, inquit, hunc hominem magnum nasum habuisse; quasi ei peperisset, si id cognovisset antea. Pallantem interfecit, quod magnas opes peperisset, Sabinam Popaeam, à se imprægnatam, seu volens, seu per imprudentiam, calcibus oppressit. Multos præterea affinitate, ac propinquitate sibi conjunctos, crudelissimè interfecit, ut A. Rubellium Plancium juvenem, privignum Rustium Crispinum ex Popæa impubertem, Tullium Cæcinnam nutricis suæ filium, Senecam præceptorem suum, Burrum pariter magistrum suum. Libertos & senes multos veneno sustulit, in quocumque pro libidine grassatus, nobilissimum quemque exitio destinavit, ut in eorum capita malum depelleret, quod sibi imminabat. Dicente quodam, *quis dicitur veneno sustulisse?* Imò, inquit, *quis dicitur?* Et statim urbem Romanam multis in locis incendit, eosque omnes qui ignem extinguere conabantur, in flammis præcipitare jussit. Deinde in turrim Mæcenatis, in summum palatii, unde magna pars incendiorum videri poterat, ascendens, cæteris in gravissimum luctu ob amissis divitiis versantibus, exitium Troje cecinit. Ah eo, homines duo, quod alter eorum habitaret in foro, & tabernas conduceret, amicosque in eas reciperet; alter quod statum Cassii haberet, ejus qui Cæsarem interfecerat, damnati atque interfecit sunt. Corbulonem, quem præter cætera patrem, & beneficium appellabat, ad se vocatum, absque ulla legitima causa occidi jussit. Paridem saltationes imitari nequiret, Cinnam Tullium multavit exilio, in *Agropyro* balnearum sibi paratum ingressus esset, Sulpitium Camerinum unà cum filio cruciavit, quod Pythici cognominarentur, quasi in Pythicas suas victorias impii forent. Post hæc medicum universum Senatui veneno per convicia necare, incendere urbem, feris in populum immisissis, quod difficillius defenderetur: ac desperatione deterritus, nunciata Gallia defectione, expeditionem contra Gallos paravit, cum summus populi exactionibus. Sed cum annonæ quoque caritas esset, omnium invidiam meruit. Venenum à locusta iumentis in aurea pyxide, fugam moliebatur. Sed cum ab omnibus derelictus esset, amicorum quoque fores omnium conclusæ, nec quicquam reperit, qui eo petente sibi cervicem amputaret, præceps procurrit sese immeriturus Tyberi. Revertens à liberto Phæone, in villa inter Salariam, & Nomentanam viam circa quartum lapidem, ubi audivit se hostem à Senatu judicatum, & ab equitibus inquit, ferrum jugulo adegit, juvante Epaphrodito, vel (ut Sextus Aurelius scribit) semet ictu gladii transegit, adjuvante trepidantem manum impuro eunuchosporo, qui Neroni instat femina nuperat. *Suetonius, Dion.*

A. **VITELLII** Capreis inter Scorta Tyberiana primam adolescentiam egit, Spiritia cognominatus. Dehinc omnibus probis contaminatus, præcipuum in aula locum tenuit, Cajo per aurigandi, Claudio per alex studium, Neroni per citharæ & musicæ certamina familiaris. Quorum trium principum indulgentia, non solum honoribus, verum & sacerdotiis amplissimis auctus, tandem à legionibus Germanis Imper. contra Orthonem salutat, cum arbitrio histionum, ac avigarum gubernaretur, consilioque horum magnam Imperii partem administraret, pronus fuit ad necem cuiusque, & supplicium finiam ob causam. Nobiliores condiscipulos, & æquales suos, ad Imperii societatem plectebat blanditiis, occidit vario genere fratrius: unum qui sebre laboravit, veneno in frigide aque potione perdidit, plures ense. Nulli publicanorum, aut supulatoorum, qui à se debentur olim, aut in via porritorum exegissent, pepercit. Sed unum cum coram in ipsa salutatione interfecti fuisset, pascere se oculos dixit. Et cum alter mactaretur, duos filios pro patre deprecantes supplicio adiecit. Sed neque ostiis equistri pepercit. Equitem raptum ad poenam emanantem audivit, se esse scriptum ab eo hæredem: ubi & libertum ejus hæredem legit, utrumque jugulari jussit. In plebejos delatit passim. Mathematicos urbe Italiaque subno-

vit. Interfecit plebejos quosdam, qui Venetæ factioni male dixerant. Venit & in suspicionem, mari venenum porrexisset, quod audivisset à Cata muliere vaticina diuissimè imperatorem, si superisset parenti exisset. Prætorio viro, qui in Anticyam fecisset insulam valentis gratia, necem cum machinaretur, iussisset illum interiri, jocundum inquit: Quanto tam diu nihil profecisset elcebore, sanguinem ei mittendum esse. Cum ex Germania Romam rediret, atque hanc longè à Bebrico iter faceret (illie enim cum Orthonem certamen eviserat) & multum multorum cadaverum fetorem abhorrent, dixit: Optime olere hostem mortuum, præsertim civem; & ut magis ob spectaculo frueretur, mortuos spectans, lætus largè perpotavit. *Sueton. & Dion.*

DOMITIANUS ab Augusto nonus, Tito successit, Neroni, aut Caligula similior, quam patri Vespasiano aut fratri. Modestior tamen primis annis eius habitus; mox in ingentia vitia prorupit, libidinis, desidia, iracundie, crudelitatis: quibus criminibus tantum odium se concitavit, ut penè patris, ac fratris nomen abolerit. Titum fratrem veneno sustulit. Discipulum Pantomimi puberem occidit, nullam aliam ob causam, quam quod magistro similis esset forma. Interemit & multos senatores, in his aliquot consulares, ut Civicam F. realem, Asia proconsulem, Salvitidnum, Acilium Glabrio-nem, Alium Lamiam ob suspiciosos jocos. Hermogenem Tarsensem, ob quosdam in historia figuris: librariis qui eam descriperant, crucifixis. Salvium Coccejanum, quod Orthonis Imperatoris patris sui diem natalem celebraverat, Salustium Lucullum Britannia legatum, quod lætus noxæ formæ Lucullæ appellari passus esset. Denique absque literis animum induxit ad cædes faciendas, ne quot homines interfecit jussisset, dici posset. Occidit mulierem quandam, quod ante statum Cæsaris in tabula haberet, Livianaque historias evolveret. Maternum sophistam, quod exercitii causa in tyranos aliquid dixisset. Rusticum Arulem, quod philosopharetur, & Traeam divinum hominem dixisset. Herennium Senecionem, quod post censoriam dignitatem nullam magistratum petivisset, quodque Helvidii Prisci vitam descripsisset. Complures alios nullam aliam ob causam, quam quod Philosophiæ operam darent, & Philosophos omnes urbe Italiaque summovit. Aretinum Clementem consulare capitis condemnavit. Occidit & Helvidium filium, quod sub persona Paridis, & Oenones, divortium suum cum uxore tractasset. Flavium Sabinum, quod consularium comitiorum die præco illum non consulens, vel per lapsum, vel errorem ad populum Imperatoris declarasset, morte affect. Nervam, ut Imperio insidiantem, pepulit: & Apollonium Tyaneum, ut Nervæ amicum, comprehensum totondit, & victum in judicium adduxit: cum vero philosophus illi non cederet, sed ejus acta rideret, verecundia motus, eum dimisit. Qui quidem celebrem illum versum dixisse fertur:

Οὐδ' ἴσῃ με κραταίρε, ἐνδὸν ὄνει πέμπουσ' εἰς.
Me non occides: nec enim hoc tibi jura dederunt;

atque evestigio evanuisse. *Suidas.* Tantæ desidia fuit, ut in cubiculo solus mulcas præcuto stylo confingeret: unde quidam prodians, interrogatus, esset ne quippiam cum Cæsare? respondit per jocum, Ne mulca quidem. Eo dementiæ & jactantiæ venit, ut se Dominum ac Deum vocari, scribi colique jussisset. Exercitum populi Romani hostibus de industria objiciebat, quod plures perirentur cives, eò pauciores se hostes habere dicens. Secundus post Neronem Christianos persecutus est. Div. Joannes Evangelista in Patmos relegatus. Exquiri quoque questionibus, & tormentis regis Davidis inter Judæos mandavit, conquestumque funditus perdit ac deleri. In dies ferocior factus, nova genera tormentorum, præsertim ignem per obscena supponendit advenit, magis sanguinaris Nerone, qui subnixit oculos, iustique icelera, non spectavit, cum filio Domitiano præcipua miseriarum pars esset, videre & aspici. Ad rapinas animam adiciens, nihil pensit habuit, quin prædaretur omnimodo bona vivorum, ac mortuorum, qualicunque occasione. Omni autem ætate ita libidine furis ferebatur, ut coltus assiduam & fedum hujus exercitium Græcorum insu-

A **gua rancoribus** hoc est, lechi palæstram vocaret: interque vulgatifimas hereticis diu noctuque veraretur. Cum itaque terribilis cunctis & inivsus esset, oppressus tandem a Stephani liberti, & inimorum amicum, & simul uxoris conspiratione, anno Imperii decimoquinto. Cada-ver per vespillones elatum, ignominiosè sepultum. *Dion. Sueton. & Suidas.*

L. ANTONINUS COMMODUS, Philosophi F. omnibus incommodus, ut Lamprius ait, nil commune cum patre habuit, nisi quod & ipse contra Germanos adjuvantibus Christianis militibus feliciter pugnavit. Gladiatoriis quoque armis in ludo, Neronem imitatus, depugnavit. In amphitheatro feris sese frequenter objecit. Gladiatoriis cadibus adeo Romanum auriv Imperium, ut nomen gladiatoris vulgò meruerit. Homines qui pedibus debiles forent, sagittis solebat conficere. Clava multos etiam afflixit, Herculem se fingens. Sacra Mithriaca homicidio polluit. Eum qui Tranquillilibrum, vitam Caligula continentem, legerat, feris objecit. Eum qui se pro valedudine illius deoverat, ubi convalesceret, hunc invitum jussit præcipitari. Obesi corporis hominem medio ventre dissecit, ut ejus intestina subitò funderentur. Balnearioem conjici in ardentem fornacem jussit, quod lavatorum balneum tepidum invenisset. Magnum numerum virorum & mulierum partim palam interfecit, partim elam veneno sustulit; & eos omnes ferè, qui & patris temporibus & suis florescentes erant. Occidit uxorem Crispinam, quam adulterii infamulabat: Martiam, Quadrati cubicularii uxorem, item Servium Julianum & Paternum: quorum ille præerat magno exercitui, hic vero præfectus erat prætorio: Cardianum & Maximum Quintilios, doctrina, scientia rei militaris, opibusque celebres. Ubi expleverat animum voluptatibus ludicis variis, statim cedes meditabatur nobilitati & opulentiorum: in quorum numero fuit Julianus præfectus, quem publicè amplexi atque osculati, patremque appellare consueverat. In theatro spectaculis variis intereret, & deessent animalia, que telis transigerentur, tela in aliquot plebejos conjecit, ut Hercules olim in Scythiaphidas. Dedit autem spectatoribus spongiæ, ut in spectaculis jacerent pro lapidibus: eisdem deinde ligatos, omnes clava, ac si Gigantes essent, percussit atque interfecit. Sæpe imaginis caput colosso permagno, & egregio, priore detracto, imponi jussit: & mensem Decembrem ad imitationem Augusti Cæsaris, Commodum appellari voluit. Strangulatus in domo Vestalium, duodecimo Imperii sui anno, & mense septimo, è medio sublatum est, & humani generis hostis judicatus. *Platina ex Dion.*

BASSIANUS CARACALLA, nullum genus facinoris prætermisit. Mortuo patre Severo, medicos supplicio affect, quod sibi parum obtemperavissent, jubenti senis maturare necem. Occidit item nutricios suos, & fratris Geræ, quod de reconciliatione egissent. Duces exercitus adhortatus est magis numeribus ac promissis, ut militibus pestuaderent, uti se unum Imperatorem declararent, fratre repudiato. Verum militibus utrumque ex aquo colescentibus, populo vero Getam ob morum facilitatem magis amplectente, cum veneno non posset, in gremio matris confodit: & in castra fugiens, militum animos numeribus sibi concitavit. Continuo cepti occidi domesticis omnes fratris amici, sic ut ne etati quidem parceretur: servitum in quoscunque, quoque de causa, qui opibus excelleret, ut bona eorum raperet. Occidit Latum Pompejanum, Marci nepotem ex filia: Papinianum Jureconsultum, quod partitidum excutere nollet, percussit securi, cum filio Papiniano Quæstore. Commodi forem jam anam, atque ab omnibus Imperatoribus, ut Marci filium, in honore habitam, morte affect, quod necem Getæ deflevissent. Conjugem suam, Plantianam, ac consobrinum Severum, filium Pertinacis & Lucillæ Commodi fororis, & quicquid ex cognatione Imperatoria, aut in Senatu ex patricia nobilitate foret, plane quasi à stirpe abstulit. Vestales virgines vivas terra obruit, quasi temerasset virginitatem. Gladiatorum sanguine cum plurimum delectaretur, Bataven præclarum athleteam cogit, ut eodem die cum tribus cæteris: eum occisum à postremo, sepultura affect. Itaque ludis Circensibus populus clamavit: Nos vivos perdidimus, ut mortuos sepeliamus. Crebrò dicebat, pecuniam sibi soli esse oportere, præterea nemini; in eam largiretur iniquissimis hominibus. Julianum necem in uxorem duxit: cumque illa ipsum argueret, quod nimios sumptus faceret, dicebatque sibi sibi nullos reddiis jure aut injuria partos reliquos esse:

gladium ostentans evaginatum, respondit, Bonofis animo: E-nam nobis, quamdiu hic erit, pecunia non deerit. In populum ludis Circensibus defecit. Ex omnibus ducibus Syllam Romanum, & Afrum Hannibalem laudabat, in primis vero Alexandrum Magnum stultè imitabatur. Facinorum conscientia ad ripas Danubii recessit, ubi corpus aurigando exercuit, cædendique bellus operam dedit. Germanos sibi associavit, & corporis sui custodes fortissimum, ac pulcherrimum quemque legit, habituque Germanico sæpè incessit. Profectus Alexandriam, cives, quia edidis ludis carmina in il-lum recitaverant, delectus eorum habendi prætextu, omnes interemit, ut non sit ausus numerum interfectorum profere-re, sed scripsit ad senatum: Non referre, qui & quot essent occisi, propterea quod digni fuissent omnes qui interficerentur. Militibus præcepit, ut per noctem hospites suos intererent. Cum alia sciendi materia desisset, eos interfici curabat, qui carminibus aut alia superstitione remedia quarta-na quaesivissent. Affectans nomen Parthici, ad Orientem festinavit: & per oratores Artabani regis Parthorum silium uxorem petivit. Ubi verò rex ei cum universa multitudine occurrit inermi ac floribus destituta, excepturus novum spon-sum ac generum, dum sacra sunt, dato signo militibus, univer-sos circumvenit & occidit, rege vix elapso. Quod literis Senatui perhibens, Parthicus est appellatus. Postremo inter Edessam & Carras occisus fuit, septimo Imperii sui anno, dum levandæ alvi causa ex equo descendisset. Mortuo eo cog-nitum est, eum magnum numerum veneni cujusvis generis, ex superiore Asia alportari jussisse, emissaque ad aureorum millia CCXX. ut quamplurimos tollerent. *Platina, ex Dion.*

ANTONINUS HELIOGABARUS, Caracallæ F. à sole, cujus Sa-cerdos erat (Phœnices enim Helioagalum solem vocant) Virgines Vestales incestavit, & probrosas mulieres semper do-mi habuit: Sabinum consularem virum (ad quem Ulpianus scripsit) è medio tolli jussit. Adolescentes innoxios, quorum adhuc parentes viverent, interfecit, ut eorum mors ad plures dolorem extenderet. Dignitates, & honores flagitiosis com-misit. Primus Romano holotetica veste, mensis ac capitis argenteis usus est. Ad monumentis amicis, cavere, ne ad ino-piam redigeretur, respondit: Quid melius quam ut ipse michi hæres sim, & uxori meæ? Eo veniæ interdum provectus est, ut decem millia pondo aranearum collegerit, qua ex re licebat magnitudinem urbis Romæ comprehendi posse. Exhibuit præterea decem millia murium, mille mustelas, mille fo-rices. Tumultu militari cum matre necatus est, quarto Im-perii sui anno. *Platina ex Spartiano.* Eum Alexander Severus, qui illi successit, in oratione ad Senatum, omnium non solum bipedum, sed etiam quadrupedum spurcissimum appel-lavit, teste *Lamprius.*

MACRINUS OBIUS Imper. homo superbus & sanguinaris in vita imperatoria asperior videri voluit, ut priora vitia aboleret, cum lacerandi se potius occasionem præberet. Severum se & Partinacem nuncupari voluit, cum Senatus eum Pium & Felicem appellasset. Milites servilibus affect supplicis. Ob leves causas multos jussit interiri. Intertemp-tus est sæpè filius cum patre, & vivus mortuo aligatus, & longa tabe mori coactus, quales olim Mezentius exhibuit. Pro Macrino fuit appellatus Macellinus, cum macelli specie domus ejus cretaretur sanguine vernularum Occisus demum à militibus, cum vix annum imperasset. *Cassiodorus.*

Capto à Pertis Valeriano, Galienus F. gaudebat sibi soli Im-perium obtigisse. Luxu, otio, tabernis, libidinis, que vix de impruissimo lenone excogitari possint, deditus, Imperium neglexit, & XXX. tyrannis occasionem dedit Roma-nam regnum diripiendi, atque inter se partendi. Cyriades primus in Oriente apud Persas Imperium arripuit. Eum Mar-cianus sequutus cum filio Macrino juniore & Quietos: Ode-natus item cum filio Herode & consobrinio suo Maronio: & aliquot annis post, Odenati ejusdem filii Herennianus & Timolauus cum matre Zenobia. In Gallis Imperium sibi sumperant Posthumus cum filio ejusdem nominis: Lol-lianus, Victorinus cum filio nominis ejusdem, Tetrici major & junior. Valens in Achaja se Imperatorem fecit, Pilo in Theffalia, Emilianus in Ægypto & Thebaide. Severinus Galieno in publico pernoscanti iratus, ab exercitibus in provinciis Imper. creatus, Trebellianus apud Lauros & in Cilicia, Cellus in Africa, Ponto, Thracia & Illyrico. Ne quid denique Romano Imperio contumelia deesset, Ze-nobia

A nobia, Odenat uxore, diu regnavit in Oriente, Ægypto, apud Arabes, Saracenos & Armenios: vix tandem victa ab Aureliano, qui eam in triumpho duxit, & honestè confensere postea Romæ permisit. Victoria, seu Victorina, filiis posthumo Lolliano, Mario & Tevico interemptis, in Occidente apud Gallos imperavit. *Trebullius Pollio.* Præter has turbationes etiam Germani incursionem in Galliam fecerunt: eaque vastata, in Italia Ravennam usque pervenerunt. Gothi Græciam, Macedoniam, Pontum & Asiam populati sunt: Thessaloniam obsederunt, & Illyricum vastarunt. Scythæ Bithyniam invaserunt, & civitates multas deleverunt: pervenerunt & in Cappadociam. Quadi & Sarmatæ Pannonias occuparunt. Germani Hispaniam obtinuerunt, & Tarracenam oppugnarunt. Partii Mesopotamiam tenentes, Syriam incurserunt. Marcianus & Heraclianus, cum improbitatem Galieni ferre amplius non possent, consilium inierunt, ut alter eorum Imperium caperet. Paratis deinde insidiis, circa Mediolanum cum fratre Valeriano est interemptus à militibus Aureoli ducis Illyrici. *Trebullius.*

B **CARNUS.** Carli Imperatoris filius, acerbissima tyrannide nomen suum factis longè superavit. Pueris nobilibus factæ contumeliæ, ob afflictissimam contumeliâ non habebatur, cum ea delicta familiaria & quotidiana essent. Crimina etiam comminiscabatur, & jus dicebat iis qui læsi essent, neque litigatorum ullus incolumis evadere. Nam cum cædes multæ atque ineffabiles perpetrarentur, quidam ex his obiter consumebantur, sicut in communiis epulis gallinæ, in Carini deliciis. Meminisse autem se dicebat, quosdam eorum qui macchabantur, non laudasse formam suam: alios, se adolescentem, cum orationem haberet, non ita esse admiratos, ut voluisset. Peribant etiam nonnulli, quod coram ipso risissent. Omnia denique ejus facta graviora erant ostentis, in populum rabie quadam grassantis. *Svidas.*

MAXENTIUS, Maximiani F. Roma occupata, & Severo Galerii Augusti F. fugato, Maximiano etiam patre, qui Imperium recipere cogitabat, pulso, ad firmandas opes se equum universis ita exhibuit, ut Christianos etiam suis rectoribus commendaret. Mox Italia, Africaque pacata, rebus secundis, ut in pravis evenire animis solet, elatus, mores mutavit: ac tyrannidem Romæ, atque in Africa exercere, imprimitique Christianos lacerare instituit; quippe prolapsus ad omnia scelera, nullum impietatis, nullum intemperantiae genus omisit. Etenim sic se adulteris dedit, ut legitimas uxores viris ademerit, eaque ignominia affectas, ac corporis ludibria deplorantes, reddiderit: in quo non obscuros solum homines, sed senatorum etiam ordinis hæsit. Rapinas ita exercuit, ut honorum eripiendorum causa senatores divites non exiliis solum, sed etiam morte multavit. A justitia usque ad avertis fuit, ut paratos, qui aut insidiosos sibi, aut patrem aliquid pro libertate conatos esse criminarentur, haberit. Quodam etiam die populum Romanum, levi occasione, crucianum objecit barbaris, ac satellitibus suis, quibus ad omne facinus conductis Italiam universam oppleverat. Ea mala cum fere Romani ultra præ atrocitate non possent, nec deplendæ servituti virium ac roboris satis haberent: clam oratores ad Constantinum Magnum miserunt, ex Britannia in Galliam opportunè reversum, obsecrantes, ut datus rebus suis, quoquo modo posset, consuleret, neque urbem Imperii caput diutius à fera tam immani dilaniari permitteret.

D **Quorum** ille precibus ita est permotus, ut se in iurias eorum non neglecturum esse responderit, atque Maxentio arma inferre decreverit. Hujus missæ legationis *Zonaras & Cedrenus* auctores sunt. Postquam Romam cum exercitu venit, Maximinus cum CLXXM. pedum, XLIX. equitum ei occurrit, victorque acie, & per pontem fugiens, in Tiberim submergitur. *Sigon. lib. 2. Imp. occid.*

MAXIMINUS magicis obstrictus studiis fuit, & sæviores, quam majores sui, in Christianis questionibus exercuit, & studiosius cæteris religionem Gentilium coluit, in locupletum fortunam avidius sese inulit, crapulæ atque abdomini deditus, sæva multa per violentiam & ebrietatem commisit: mulieribus ita studuit, ut nullam civitatem adierit, in qua non aut adulteriorum, aut stuprum vestigia impressa reliquerit; atque hæc sæpe adversus Gentiles ejus libido bacchata est, Christianos autem igne, ferro, clavisque cruciavit, immanibus bestiiis laniandos objecit, in mare præcipitavit, membris mutilavit: famis, metallorum, & vinculorum ærumnis afflixit: usque ad eum, ut in omni genere flagitii &

crudelitatis ipsum etiam in Italia Maxentium superavit. *Sigon. lib. 2. Imper. occid.* Cyclops proinde dicitur, Busris, Chiron, Phalaris, Typhon, & Gyges, quod alios in crucem sustulisset, alios animalibus inclusit necasset, alios feris objecisset, alios fustibus elisset. Omnes amicos, quibus ignobilitatem suam cognitam sciebat, interfecit. Viribus suis confidebat: quasi occidit non posset, ob robur & vastitatem corporis. Sequentibus vestibus ejus sævitia illisum est: Et qui ab uno non potest occidi, à multis occiditur: Tyranni acerimus est, & tamen occiditur: Cave multos, si singulos non times. Contra salutem suam initas conspirationes multas fingens, quatuor hominum milia occidit. In Germaniam cum exercitu profectus, omnem crudelitatem ferro, flammis, & populatione exercuit. Syrium veniens, lecto Senatufconsulto, quod Gordiani Imp. creati, ipse cum filio hostis judicatus esset, ut crudelissima bellua exarsit, & propmodum in proprium filium desevit. Accepta morte Gordianorum à Capelliano interfectorum, in quorum locum Maximus & Balbinius creati erant, Imperat. cum exercitu contra Maximum profectus, dum Aquilejam obsidet, amilibus cæsus est cum filio, de pessimo genere nec catulum quidem relinquendum esse, dicitantibus, cum triennio imperasset. *Cyprian.*

GALLUS Cæsar, à Constantio, contra Magnentium moventi, Orienti prepositus, generis superbia elatus, atque insolentia ætatis provecus, Antiochie terra ac nefanda facinora est aggressus, cum sua ponte, rum à Constantina conjuge, Constantii forore, stimulari. Injusta cædes, bonorum publicationes, exiit ac denique judicium profus sublatam memorabantur; dimissi etiam ignoti per urbem homines, qui que de illo factarentur, exciperent: aut falsa referebant, aut vera in manus ornabant, aut certè belli præconia reticabant. Quin etiam ipse noctu cum paucis clam forte succinctus, per thernas & compita vagari instituit, Græco sermone querens, quid homines de Cæsarè Gallo sentirent. Constantius Mediolani agens, Gallum cum uxore Constantia ad se vocavit. Gallus amissa uxore in Bithynia, summo subsidio delinuit, quid sibi factu opus esset, addubitavit: verum non literis à Constantio ad tuendam secum republicam invitatus, in Noricum adit. Eo ubi adventu, Barbario Comes cum Apodemio genere in rebus Palatii extra muros armatorum corona circumdedit: ingressusque, obscuro jam die, ablati regis indumentis, ipsum tunica & paludamento communi amicum, identidem mandato Constantii jurans, cum nihil deturmentum passurum. Inde carpento privato impositum, in litram duxit, propè Polam oppidum. Ibi cum asservaretur, Eulibius cubi-culi prepositus, Pentadius notarius, & Mellobandes armaturarum tribus accesserunt, ac iusto Constantii causam dicere jussurunt, quamobrem quemque apud Antiochiam occidisset. Quibus ille nihil aliud respondit, nisi foreloque se instinctu Constantiæ necasse. Qua re audita Constantius cum capitali supplicio condemnavit. Ita Gallus re-vinctis post tergum manibus, tanquam latro, capite truncatus est, anno ætatis nono & vicelimo, Imperii quarto, cuius rei nuncium Mediolanum Apodemius detulit. Interim ministri Galli ex Oriente ducti, Aquilejam venerunt, ac diversis pro merito penis affecti sunt. *Sigon. lib. 5. Imper. occid.*

PHOCAS, præfectus Scythiæ, postquam Mauritium Imperatorem cum tribus filiis, & totidem filiabus, & Constantina uxore Tiberii F. occidit, à scelerato exercitu Imperator dicitur esse. Petrum Mauricii fratrem, & quosvis alios Mauritio sanguine junctos interfecit, & complures alios, supplicis exequiis. Cùm in certamine equestri spectaculum celebraret, acceptis quorundam convitiis, multos interemit: nec pauciores membris mutilari ut submergi iussit. Cùm in equestri spectaculo propè suam statum, Prisci generi ac Domitio filie statuas vidisset: ira concitatus, Tribonias, quos discerpi volebat, agrè supplicante populo, veniam indulsit. Eapropter, Priscus contra illum conspiravit. *Cyprianus.*

JUSTINIANUS II. Imper crudelissimus, cum Chagani Turcarum regis & occidit, item Trebellii Bulgarorum regis opera, Imperium sibi à Leontio Patrio ereptum recuperasset: inventum in carcere Leontium, quo à Tiberio Abimario confectus fuit, post longa tormenta publicè interemit. Cùmque eodem modo Philippicum perdere vellet, & Cherlonam evertet, quod in ea exulem se contemptum fuisse dicebat: à Cherlonensibus atque Philippico armis exceptus, in exilium per-

A per ab exercitu proditus, in fuga una cum Tiberio filio captus fuit. *Fulgens. lib. 6. c. 11. & Zonaras.*

Quom omnem in Longobardos operum Constans II. Imperator elusisset, ad crudelitatem suorum rapinas animam convertit. Romam veniens, cum Vitellianus Pontifex cum universo Collegio Sacerdotum ei ad sextum usque lapidem officii gratia occurrit, quodcum tantum in Urbe dies fuit: eam ornamentis omnibus, & æneis quàm maxime dispavit. Pantheon tegulis æneis, quibus tectum erat, exiit, Constantinopolimque transtulit. Reperita Neapoli, Rheimum contendit. Syracusis moram longam traxit, ut Siciliam, Calabriam, Africam, Sardiniamque spoliaret, Maritis læpè uxores abstulit, parentibus filios eripuit, aurea argenteaque simulacra & pretiosa è templis vasâ subtraxit; lacriole, cædes, rapinas & latrocinia Verre frequentius exercuit. Syracusis demum in thermis cæsus à suis. *Bonfinus lib. 8. Det.*

CONSTANTINUS Monomachus, in quo Zoes & Theodora sororum Imperium desit, ignaviss. stupidissimus, ambitiosiss. prodigiosissimus, voluptuosiss. mancipium. Sub illius Imperio maximam Orientis partem Sultanus occupavit, & Pazinaca Scythæ Thraciam & Macedoniam vastavit. *Cyprianus.*

ZENO ex Ilauris Ciliciæ ignobili villa, à Leone II. F. Imper. creatus, facie turpissima, ingenio multo deteriore, principatum tyrannide gessit, habens fratrem nomine Conona, seipso longè scelestiorem, qui sanguine & cæde hominum mirificè oblectabatur. Berina Angulia focus, altero ejus Imperii an-pno, fratrem suum Basiliscum in regali solio locavit, cum Imperator Chalcedone abesset. Zeno fecisset in Ilauriam cum uxore Ariadne, privatam instituit vitam: sed tandem, cum Basilisci tyrannidem ferre cives non possent, revocatus est. *Cyprianus.*

MICHAEL Theophilii F. ejecta matre Theodora, Imperium solus obtinens, immensas divitias à matre cumulas, cum mims, adulatoribus, aurigique obligavit: Platanum aureum, duos leones aureos, multosque gryæas, ceteraque instrumenta aurea ad ornatum regium comparata. Negotiis posthabitis, solum theatris & equorum agitationibus studebat. Nunciante Pronotario, Saracenos irrupisse cum exercitu in Cretalam, obtortis in illum oculis: Sulte, inquit, aures me certaminem occupant appellare, & de Saracenis verba facere: Et ne in suis certaminibus impediatur, sustulit lychnos, qui in Thario, in Argæ colle, in Tamo, in Egæo, in Miante, in Cyzico, in Mocylo, in regione S. Auentii locis editis erecti erant: quibus accensis significabatur Imaeliarum, Agarenorum, & hostium aliorum adventus, ut homines intra loca munita se recipere. Cum pueris intra privatos patietes turpissime vixit: impurus homo, fatuus & propè bestia. Basilisco Macedoni Prototratore, five stabuli præfecto, Eudociam filiam Inceris concubinae suæ, matrimonio junxit, eumque Cæsarè dixit. Inde ad solium aurigandi studium & Circenæ reversus, dedimus vino ac ebrietati, in dies magis magisque delirans, tandem à Basilisco vino madidus obtruncatus est. *Cyprianus.*

LEO Armenus, Patricii patricii filius, qui exercitum Orientis præfuit, Imperator omnium crudelissimus: quoque vitio res multas bene gestas obcuravit. *Volater. lib. 23. Anthropol.*

ROMANUS Junior, seniori Romani Lacapeni ex filia nepos, qui cum Constantino patre rexerat Imperium, & vltimo & otio dedius, & crudelissimus. *Volater. lib. 23. Anthropol.*

ALEXIO Porphyrogenito post patris Emmanuelis mortem, rerum potio, puerilibus lulis dedito, Alexius Sebastocrator omnia pro suo arbitrio regebat, multa cum summorum invidia. Ergo Andronicus Comnenus, Emanuelis Imp. patruelis, ex Olenæ (ubi in spontaneo vinebat exilio, propter quod cum Hunnis contra Græcos conviasset) per litteras Theodosio patriarchæ persuasit, ut ipsorum opera summam auctoritatem ipse obtineret. Quin & Maria Cesarissa, Imperatoris soror, cum incitavit. Concitata itaque plebe, in ades Alexii sævit. Alexius Mariæ copias intra urbis moenia profugit. Interea Andronicus qualicunque exercitu advo-lat: ad quem læta primates deficiunt. Sebastocrator captus, & ad Andronicum missus, occiditur. Andronicus inde palatium magno applausu ingreditur, & rempublicam pro suo libito administrat: Alexio Imper. venationes quidem indulget, sed tamen cultus ejus adhibet, ne cuiquam cum ipso secreto colloquendi potestas esset. Optimos quoque palatio ejicit,

in multos stupenda sævit immanitate, suosque amicos ad sum-mos honorum gradus evertit. Tandem æqualem se Alexio facit, Xenem Imperatoris matrem carceri fordidissimo includit, & filio, Andronici impulsu, damnationis chartæ subscri-bente, interimit: post dicto concilio, regio diademate se quo-que insigniri curat, populo acclamante: Alexius & Andronicus Comneni, magni Imperatores & Principes Romanorum, multos annos vivunt. Sed postmodò ordine mutato, iidem proclamantur summi Imperatores, Andronici nomine ob ætatem (is enim præterea afferebatur) præposito. Denique cùm in sceleratorum quodam concilio, ab Andronico coactò Homericum illud omnibus proferretur:

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκαρπῆν, εἶς κοίρατ' ἴσω, εἶς βασιλεὺς.
de Alexio capitalis fertur sententia. Noctu itaque strangula-tur, & capite avulso, reliquum corpus plumbeæ arcæ inclu-dit, in mare demergitur. Annum ætatis Alexius tum agebat decimumquintum, Imperii verò tertium, anno Salutis 1162. *Sigeberti Contin.* Andronicum cum Alexio matrem & fore-rem in mari demersisse scribit, Mariam Cesarissam, ejus-que maritum, veneno sublato, Nicetas prodit. Primoge-nitum suum, uxorem Imperatoris Alexii Agnetem, forem regis Francorum Philippum ducere, ac Imperii dignitatem usur-pare reculantem, in vincula conjecit: minorem verò coro-navit, qui incestas nuptias cum ea celebravit. Sævit etiam in cives & in peregrinos passim, potissimum verò in Latinos. Guilelmus Siciliæ rex, Alexii mortem ulturus, bellum Andro-nico intulit: captis multis Græciæ Thraciæque civitatibus, Byzantio tandem exercitum admovit. Andronicus cùm un-dique premetetur, prælio victus, tandem ab Ilaacio Angelo Imperio dejectus (cui uni ex imperatoria stirpe Comneno-rum pepererat) mutilatus membris, vitam in acerbis crucia-tibus finivit. *Cyprianus.*

Italarum.

ARISTODEMUS, Aristocratis filius, cum duobus millibus Cu-manorum in Latium ad Aricinorum subsidium, qui ab Arun-te Porfenæ filio obsidebantur, publico Cumanorum decreto venit: præloque circa Ariciam cum Hetrucis conferto, Arun-tem interfecit: disjectisque Tulcorum copias, posteaquam domum venit, primoribus civitatis, in quorum manibus erant res Cumanæ, in curia obtinens, dominatum occupa-vit: multitudinemque duabus tyrannicis largitionibus, agrî aë-nique æris divisione, delinita, nobilitum liberos in agros re-legavit, civibus arma ademit, corruptaque mulcibus ille-cerbis juventute, stabilitam his artibus tyrannidem plures an-nos obtinuit. Novissimè ab optimatum sobole, que in agris adoleverat, nocteque una cum tota domo oppressus perit. *Sab. lib. 8. Etn.*

CANDIANUS, Venetorum dux, ex tribus liberis virilis stir-pis jam adultis, medium natu sibi collegam adscivit Petrum no-mine. Is Juniorum studia complexus, à Patre & optimatibus dissidere cepit: eoque sensim processit id malum, ut civitate in duas velut factiones divisa, sædum certamen instaret. Candianus auctor fuit, ut magistrum filio jussu populi abro-gato, exilium illi indiceretur. Sunt qui tradunt, in vincula ab-ductum, capitalique supplicio dignum judicatum. Cæterum patre extremam illi penam deprecante, in exilium actum, universo clero ac primoribus civitatibus jurejurando adstric-tis, nunquam passuros se Petrum Candianum, hominem seditionum, in eam dignitatem restitui, unde esset merito e-jectus. Exul Ravennam ad Guidonem, Berengarii filium se contulit. Sed naves à Guidone destructæ, quibus ferrox ju-venis fretus, res Venetas hostiliter infestavit: funtque aliquot negotiatoriæ naves ab eo interceptæ. Id filii latrocinium pa-ter detestatus, dolere simul ac fremere, ultionemque medi-tari. Cæterum nimio merore confectus, paucis diebus vita decessit. Sed ut levia semper fuerunt vulgi studia (levi-ter enim amat & odit) Candiano destructo, filius exul & ho-stis, publico decreto revocatus, contra Cleri optimatumque jurejurandum, dux patri surrogat. Luit civitas neglecti Nu-minis penas tyrannica ducis administratione, & publicoque incendio dux ipse suæ in patrem & patriam impietatis. For-tum officii gratia trecentas illi naves obviæ prodidisse. Cum uxore divorcium fecit, causatus gravem in illa ætate, per quam amplius parere non posset: filium quem ex ea suscep-erat, per speciem religionis abdicavit. Nec ita multo post Vvaldertam, Guidonis filiam, duxit uxorem. *Qua affinita-*

A te auctus, legitimum principatum in tyrannidem vertit, minarum & superbie plenus, terribilis, non jucundus videri cupiebat populo. Ducarum praesidio firmavit, simulque in apertam prorupit tyrannidem. Populus suae libertatis memor, arreptis armis, in eum impetum fecit: ignique in propinquis aedes injecto, seivum conflagrat incendium, quo Ducarium primo, inde Marcianum templum deflagavit. Candianus accipiti malo percussus, urgente flamma, filium, quem ex recentiore conjugie tulerat, complexus, secretiore viam ingressus, fugam molitur est. Verum ab infesto armatorum globo cum filio confusus concidit. Sunt qui scribant, filium in nutritis gremio jugulatum. Amborum corpora sunt ad macellum canibus projecta. Caterum Joanne Gradonico penente, tam secundum spectaculum subtrahuntur est oculis irate multitudinis, corporaque de publico sublata, sepulturae reddita sunt. Incendium circa Ducis sedem primo contractum, non solum Marcianam, sed Theodori etiam, cum recentis privatis domibus, perpetua flamma consumpsit aedem. *Sabellius lib. 2. Em. 9.*

ECELINUS Romanus (Accolinum alii vocant) a Romano oppido Patavini agri, loco natali dicitur (cujus avus cum Orhone III. in Italiam gregarius miles venerat) Frederici II. Imper. & Gibellinorum partes secutus, Guellos pontificios acerrime oppugnavit. Magnis pollicitationibus Patavinos adortus, & imprimis facta spe retinendae libertatis, eorum civitatem populi, ut Frederici partes sequeretur. Quibus honesta servitutis confessione exarata, continuo frenum injecit. Violabat virgines, matronas adimebat, secabat uteros praegnantium, & partus exsecos in ignem projiciebat. Tertio Mantuanae obsidionis anno Alexander IV. cruce signatus contra eum exivit. Quorum auxilio Patavini rebellaverunt. Hoc ille audito, duodecim Patavinarum millia, quos secum habebat, diversis inclusos carceribus, variis tormentis, atque insuper fame quoque confecit. In Italiam inducitur crudelitate infueto genere, multorum damnatorum civium filios castravit: tam multis quoque eodem tempore erui oculos iussit, ut ingentem patinam oculis plenam cum voluptate spectarent. Victus praedio ad Soncinum apud insubres, & captus dum fluvium tranat, jam octogenarius, vulnus quod in pugno acceperat rescidit, ut tam crudeliter, quam viverat, moreretur. *Sabell. lib. 8. cap. 3. & Fulg. lib. 9. cap. 2. & Platina in Greg. nono. Quatuor & triginta annis Tridendum, Feltrum, Tarvisium, Paduam, Vicentiam, Veronam, & demum Brixiam oppressas tenuerat: qua urbes eo mortuo sese in libertatem Romanae Ecclesiae obnoxiam vendicaverunt. Tarvisina excepta: quam Albericus ejus frater obtinebat. Blondus lib. 8. Dec. 2.*

FRANCISCUS NOVELLUS, Carrariensem principem, Patavinum: fama est anthropophagos canes immanis stature habuisse, quibus miseris cives lanandos objicere solitus esset. Visitavit adhuc in eo conclavi, in quo decem viri sedent, seorpiones duo minimi ponderis, quibus ille hospites ad colloquium vocatos, peracutus spiculis transigere consueverat. Transeo monstruos concubitus, quibus usus dicitur. *Sabell. lib. 8. Dec. 2.*

GABRIELUS FUNDELLUS, cujus opera Carolus Cavalcabos, Veronensem dominus, multum & belli & pacis artibus utebatur, spe occupandae tyrannidis elatus, quod ei non secus ac Carolo magistratus omnes atque artium praefecti parerent: redeuntem Laude Pompeja Carolum, ad Machalturram, ab urbe Cremona decem millia passuum, cum fratribus & cognatis obtinuit. Inde vero properet, antequam res in urbe ferretur, cum aliquot militibus Cremonam properans, occupata arce ac portis omnibus, forum armato ingressus milite, quos videbat conatibus suis obitare posse, aut obruncavit, aut expulit, nec retinendae tyrannidis causa ullum genus crudelitatis omisit. *Platina in Innocentio VII.*

GALEACIUS MARIA SEORZIA, Francisci F. Mediolanensem dux crudelis & libidiniosus, levissimis de causis supplicia suis intendebat, & quovis mortis genere in eos saeviebat. Itaque aliquando dicitur vivos homines in culeum infundens atque humanandos curasse, qui quantumvis minima in re illius voluptati obstitissent. Sed quod maxime exilium illi maturavit, in nobilibus feminas, ubi jis ad fatietatem abusus esset, dicax videri & salus volebat: cum nulla illi domus, quamquam sanctissima & castissima, esset clausa: aequae & in admittendo flagitio impudens, & in detegendo petulantia ac lingue proacitate singulari. Matrem sanctissimam formidam, cum illam auctoritate ad ministrandi Imperii privasset, veneno su-

stulisse dicitur. Hac occasione usus Nicolaus Montanus Bononiensis, nobiliter tres adolecentes, suos discipulos, in illis caedem animavit. *Brutus lib. 6. bisfor. Flor.*

Ex eo federe quod Alexander VI. Pontifex cum Galliae rege Ludovico in exitum Italiae percutit, Caesar Borgia spes suas enudat, immoderato, fervente animo magne partis Italiae dominatum affectare cepit, utque ad eam dirigitur, utrinque vexillis hunc titulum praeferebat, Aut Caesar, aut nihil, quasi nihil animo meliore, sed immoderata, & longe maxima cupere videri vellet. Ante omnia proceres Romanos Columnios & Ursinos tollere constituit: postquam inter eos bellum aliquandiu frustra aluisset, ut utraque pars mutuo ferro concideretur. Nam illi post id civile bellum, Borgiae artibus intellectis, sese pace facta conciliarunt. Columnii nihil sibi fuga exilioque potius rati, paterna oppida Borgiae reliquerunt: Ursini stipendios alleci, & in fide tyranni haesitantes, ad unum ferre omnes terribili supplicio necati sunt. Cajetanae familiae proceres, qui Sermonetam oppidum in Latio juxta Priverum obtinebant, Jacobus, Nicolaus, & Bernardinus, alio atque alio modo interfecti, arces & opes Borgiae concesserunt. Camertes quoque reguli antea nobilitatis, Julius Caesar, Venantius, Annibal, & Pyrrhus, principatu exiit frangulataeque sunt. Astorem Manfredum Faventia principem sub fide deditum, necatumque immaniter Tyberis excepit. Catharina Sfortia, qua Forolivi & Forconelli urbibus imperabat, expugnata tormentis, captaque, Romam tanquam ad triumphum perducta est. Pandulum portu Malatesta, Joannesque Sfortia, & Guido Ubaldo Feltrius, ipsorum ditiosas urbes Ariminum, Pisaurum & Urbium invadenti, relinquere quam interfecti accepta fuga maluerunt. Cessit & Jacobus Appianus oppidum Populonium in Etruria. Sed dum hac eruenta via in alienos principatus grassaretur, etiam Aragonium adolescentem, Belselli principem, ac Alfonso regis filium (& quod referre pudeat) Lucretiae fororis suae matrum, in atrio Vaticani templi vulneratum: & quoniam spes esset curati posse, in ipso cubiculo lectoque nuptiali fororis mactari iussit. Borgiam quoque juniorem Cardinalem, quod Candiano foret, veneno suffulerat. Joannem demum Cerbellionem, virum domi militariae quod nobilem, quod pudorem in femina Borgiae domus severius custodiret, noctu a cona redeuntem crudeliter interfecit. Ab eo quoque captivum supplicio affectus est Jacobus Sanctaerucius, praefatus nobilitatis Romanus civis, quo nemo ipsi Cafari amicus & familiarior fuit, nec aliam ob causam, quam quod validam promptissimum hominum manum ex factione Ursina sobrio cogere, & ad omne audendum factum impellere posset. Tandem cum veneno Cardinis locupletes tollere vellet, pincerat impetria permittatis lagenis, Alexander interitit: ipse atavis robore evadens, captus & in Hispaniam missus, praedio tumultuario inglorius obiit. *Jovius in Confalvo.*

JOANNES MARIA Vicecomes infanter feritatis motum concepit, utque ad eum horrendum, ut iracundia in rabiem versa, damnatos aut sibi invidios voracissimis canibus lanandos objiceret, eoque atroci spectaculo magnopere letaretur, haberetque in deliciis Squarciam Girammum, alioqui honesta opinione familia, inhumanae saevitiae ministrum, qui ad eam carnificem ingentes mollos humana carne alendos suscipisset. Eum postmodum Idus Majas facrorum causa in templum divi Gothardi descendente Andreas & Paulus, Baucii fratres, reliqua conjuratorum manu incumbente, duobus vulneribus confecerunt, ducissa uique ad oculos frontem, & dextero crure ad suram detruncato. Exanimem & aliquandiu ab omnibus desertum pauci ex infimo familiae ordine in templum maximum detulerunt. Ibi cum fedis vulneribus, & multo cruore deformatus, non sine ludibrio spectaretur, infima fortis meretrix tempellivae pietatis officium usurpans, totum cadaver multa recenti rosa contexit. Inde postea a Philippo successore opulentam dotem, ut honeste nuberet, ingenue charitatis nomine habere promeruit. Eodem die Girammus, selestus carnifex, concursu populi latebra extractus, quem vivum vivo traheret pro janna damnatae & mox ad solum equatae domus, horribili meritoque supplicio affectus est. *Jovius in ejus vita.*

JOANNES VICENTINUS monachus, eam de se opinionem hominum animis confirmavit, ut cum eo Deus loqui crederetur, & in ejus verbo mortui suscitarentur. Per hanc opinionem captus civium animis, in Bononiensis urbis dominatum se infinuavit, annumque in ea egit armis seipsum: ita ut in urbe manerent, eaque pellerentur, quos ipse aut gratos Deo, aut invidios,

Los, tamquam divinitus moneretur, affinarer. *Fulg. lib. 3. cap. 1. ex Guidone Bonato.*

JACOBUS BUSULLARIUS, faceros regularis, nefariis concionibus Ticiensem populum circumducens, miserae urbis crudelis tyrannus evasit. Eum Galeacius II. Vicecomes, urbe fame domita, cepit. *Jovius in Galeacio.*

Sicilorum.

Post Theaem tyrannum primum Philaris Agrigenti, alii *Plin. in 7. Astypalensis hic fuit patria.* & tyrannidem Agrigenti in Sicilia occupavit, imperante Romanis Tollo Hostilio, Olymp. LII. Eneum is taurum fontibus in eo inclusis admovebat, in recepto aestu, mugitus medio cruciatus, non gemitus exaudirentur: unius ingenitae saevitiae exemplo vero laudabilis, quod Perillum Atheniensium, nefandi illius operis auctorem, omnium primum tali supplicio affecti: quod nisi saevo, truculento, carnificisque fuisset ingenio, eam machinam ad hominum cruciatum commentus esset nunquam. Extant & literarum monumenta, epistolaeque ad Paulolam filium, & alios plerique Laconica brevitate conscriptae. Ipse subito incursum populi percit. *Sab. lib. 4. En. 2. Alia. dicit, Apollinem & Jovem patrem, moram moris concessisse Philaridis, spaciunt duorum annorum, quod Charitonem & Melanippum cineas humaniter tractasset. Svidas.* In Sicilia collis est, Sceleratus dicitur, quem ajunt praedium fuisse Philaridis. In hoc ferrur habuisse celebem illum taurum aeneum, ad excruciatum poenas, igne machinae subiecto. Atque ob causam locum Sceleratum, appellatum fuisse. *Diod. lib. 19.*

DIONYSIUS Syracusanus, cum duas haberet uxores, Aristomachem & Dorida, neutrius unquam complexum petiisse dicitur, nisi vestibus suis exussis, in cubiculum quoque, quod lata cinerata fossa, ligneo ponte sese recipiebat. Quin & filias, a quibus ante monebatur, ubi adultas vidit, veritus cubitum illis committere, candente carbone capillum sibi aduri fecerat. Cumque in suos saevire mirum in modum, tandem a Carthaginiensibus victus, infidius suorum interfecit. Marfiam quandam interfecit, ea tantum causa, quod is per quietem jugulare se Dionysium existimaverat. *Trogus lib. 21. Valer. lib. 9. cap. 14. & Cic. lib. 2. Offic.*

DIONYSIUS filius, natu major inter fratres, patri militum favore successit. Initio tyrannidis populum sibi liberalitate conciliavit. Tria millia nexorum ex carcere dimittit: tributa insuper populo per triennium remittit: sublatique fratribus & propinquis, quos metuerat, paulatim in ceteros grassatur. Itaque propter crudelitatem invidios, a Syraculanis oppugnari ceptus, in arcem se recepit. Legatos etiam Syracusanos de pace ab eo prius petitos, contra jus gentium retinuit. Vi palus ex arce, clam Italiam profugit, Locros concessit. Ab illis vero ignatis, quod exul, exceptus, solitam in eos quoque exercitum saevitiam, sex annis rapinis stuprique omnia complectens. Tandem a Timoleonte Corinthio victus, & Imperio florentissimo, quod pater ei sedamantinis firmatum vinculis reliquit gloriatur, amisso, in Graeciam missus, in publico vagari, potare, in ganeis & popinis versari, pamosus & squalidus incedere, postremo ludimagistrum agere, & stipis causa pueros docere vitus est. *Trogus.*

AGATHOCLES, Carcini Regni exulis F. in civitatem Syracusanam adscriptus, sigillam praepaupertate cum patre exercuit. Corporis flore Damas Syracusanus, vito potentissimo conciliatus, Agrigentinarum Tribunalum adeptus, Damas viduam locupletissimam, eadem qua maritum forma illectam, uxorem duxit. Divitiis ergo privatus auctus, factis quoque bellicis excellere cepit, & optinatum principatum infestus esse. Sossistratus igitur urbe cum suis ejecto, Agathocles ab exilio revocatus, sexcentos, qui post paucorum dominatum urbi praefuerunt, triminari cepit de infidiis sibi factis: eorum quoque patri partes tueretur. Sic mota seditione, sexcentorum fortune direpta, & in tanto tumultu quorumvis aliorum potentum, ispernet simulans se magistratum abiturum, libertata jam repu. cum civibus repugnarent, acquieturum si dixit, se abique collega liceret imperare. Eo concesso, sensim tyrannidem evadit. Mellanenses simulata pace deceptos sibi subiecit, & eorum suo adversantes imperio jugulavit. Geloos de dejectione suspectos, ad quatuor millia trucidavit, cadavera in fossas urbis deturbavit. Victus ab Amilcare Carthaginiensi ad Himeram in Sicilia, Syraculus firmatis praesidio, in Africam

exercitum transtulit, nihil minus expectantibus Carthaginiensibus, Classem incendit, ut milites spe fugae sublata animosius pugnarent. Urbem magnam & Tunetem expugnavit, Carthaginienses praedio victos intra urbem obsedit: ultra co. Africae urbes subegit, Ophellam, Cytenarum principem, socium militum occidit, ut solus Imperio potiretur. Usciam miser evertit. Relicto in obsidione filio Archagatho, in Siciliam navigans, Agrigentinos libertatem Siculorum affegantes domuit. Carthaginienses navali praedio vicit. Reversus in Africam, & a fortuna destitutus, relicto exercitu, cum paucis concessa scapha effugit, quarto belli anno. Milites occisis Archagatho & Heraclide filiis, ad Carthaginienses decesserunt. In Siciliam reversus, ad Aegestanorum urbem contendit. Cum pecuniae inopia laboraret, ditissimos quoque cives maximam suarum facultatem partem conferre coegit, qua in urbe decem hominum millia habitabant. Quam rem multis iniquo animo ferentibus, & concurrentibus, Agathocles Aegestanos ut infidatores, reos egit, & urbem indignis modis afflixit. Nam pauperimos ex urbe educos, ad Scamandrum fluvium interfecit: eos autem qui opibus abundare putabantur, tormentis excruciendo, coegit, quantas quisque divitias haberet, dicere. Ac eorum quosdam rotis excruciat: alios catapulitis illigatos sagittis coniciebat: nonnullos excubabat, & violentius urgens, diis cruciatibus torquebat. Excogitavit & genus quoddam tormenti, tauru Philaridis non dissimile. Sedem fieri iussit ferream, quae forma humanum corpus referret, ab omni parte clavis compingentam. In eam collocatis quos excruciare volebat, vivos comburebat: hac machina tantum a tauru illo differente, quod vi delicti homines qui in suis angustis moriebantur, conspici poterant. Item locupletes feminas ferreis forcipibus cruciando, pedum calcanea lacorabat, quibusdam mammis praecidebat: mulierum autem praegnantium lumbis lateribus impositis, eorum pondere saevus eliciebat. Hoc pacto cum sibi tyrannidis opes quereret, & magnus in urbe terror existeret, quidam se una cum ipsis domibus comburere, alii suspensio vitam finire. Igitur Aegesta uno die vexata funditus interit. Ceterum Agathocles deportatas in Italiam virgines & pueros Brutis vendidit: ipsam urbem, cuius ne nomen quidem reliquit, sed Dicopolim appellavit, transfugis habitandam concessit. Cognita enim filiorum caede, iratus is qui Africa relicti erant, & amicis quosdam Syraculus militum ad Andrum fratrem, cum mandatis, ut omnium qui ad Carthagem militaverant, consanguineos de medio tollat. Ille celetiter fratris mandata exequutus, caedes omnium earum quae antea commisse fuerant, maxime varias patravit, in omnem aetatem atque sexum. Multis interfecit, & secundum litus abjectis, nemo cuiquam parentare audebat, veritus ne se quoque familiaritatem cum eo habuisse proderet. Propter occisionum in litore multitudinem mare aliquandiu sanguine infectum, facti infrem crudelitatem significabat. Paphilus praefectus, audita filiorum Agathoclis morte, & cladibus in Africa acceptis, ad Dinocratem exulem Syraculanum transtulit, & exercitum suum & pollicitationibus a tyranno abalienavit. Agathocles omnem spem sibi ereptam cernens, ita animo dejectus est, ut missa ad Dinocratem legatione, eum ad pacem hinc conditionibus faciendam hortaretur. Primum ut Agathocles imperio cederet, & civibus Syraculus libertate restitueret, nec deinceps extul esset Dinocrates. Deinde ut sibi duo castra, Therma & Cephalidum, cum eorum jurisdictione concederentur. In quo quis non injuria Agathoclem mirari possit, quod is, qui in ceteris omnibus constans persistisset, nec unquam in extremis periculis desperasset, tunc eo metu adactus fuerit, ut hostibus sine negotio tyrannide cederet, pro qua summa pericula sustulisset. Dinocrates libertatem patriae verbo praeferebens, res ipsa ad tyrannidem aspirans, ab Agathocle oblatas condiciones respuebat, quod summo eo, paceque parta, magistratu sibi abundum videret. Agathocles legatos ad transfugas mittit, qui Dinocratem apud eos, ut qui eorum libertatem remoretur, accusent. Deinde cum Carthaginiensibus missa legatione, hac lege pacem fecit, ut omnes urbes, quibus antea Poni imperassent, reciperent, pro quibus a Carthaginiensibus aurum accepit, & frumenti oem. medimnum. His subsidiis nixus, Dinocratem acie victum inter amicos postea intimos habuit: exules vero atque milites ipsius data fide circumventos, ad VII. millia sagittis confecit. Tandem & ipse Numinis vindictam expertus est, vivus candentibus carbonibus combustus praestantissimis alioqui ducibus omnium aetatum conferendus. *Diodorus lib. 9. & 20.*

A HIERONYMUS Sicilia tyrannus, cum patris Gelonis disciplina...

HIPPARINUS tyrannus Syracusanus, in deliciis habebat...

GUILIELMUS III rex Sicilia, ob tyrannidem Panormi a proceribus...

B Hispanorum.

EGITA, in uxorem ducta Cecilia, Eutigii Gothorum in Hispania...

Gallorum.

THEODERICUS, Burgundionum rex, Chidelferti F. aviam Brunehildem expulit...

Britannorum, Anglorum, Scotorum.

GUILIELMO RUFFO, Anglorum regi, nihil potius fuit, quam religionem...

D EDGARI, Anglorum regis nothus ex Alfreda concubina...

JOANNES, Anglorum rex, Ricardi optimi principis frater...

CONSTANTINUS, Scotorum rex, Dorgado fratri multum...

tu, quibusdam Imperium regis sequi detestantibus, novum...

EDOUARDUS IV. Anglorum rex moriens, Ricardum fratrem...

EVENUS III. Scotorum rex, optimi patris Ederi scelestus...

LUGTACUS, Galdi Scotorum regis opt. & fortissimi pessimus...

MOGALLUS, Scotorum rex, primis annis avitæ virtutis...

DONALDUS Hebridum insularum tyrannus, rege Scotorum...

DUNCANUS, Scotorum rex, in coetendis delictis ignavus...

HARDICANUTUS, Canuti II. F. Heraldus frater in regno...

A dissimilis: virginum raptor, Anrator matronarum, detractor...

FREDERICUS II. Scotorum rex, privatus etiamnum, liberalis...

EUGENIUS IX. Scotorum rex, sub regni initia pacem coluit...

EGANUS Hungi Pictorum regis filius, Dorstolorum frater...

CULENUS, Scotorum rex flagitiosiss. Veneris & Bacchi...

D DUNCANUS, Scotorum rex, in coetendis delictis ignavus...

DARBANNUS Metellani nepos Rex Scotorum XX. ante susceptum...

HARDICANUTUS, Canuti II. F. Heraldus frater in regno...

sua injuriam intulisset, caput amputavit: contorque praefixum...

ROBERTI II. Scotorum regis primogenitus David, defuncta...

Sveonum, Gothorum.

SAXO Grammaticus lib. 7. diffusè prosequitur portentosam...

GRIMMERUS, Sveonum & Gothorum tyrannus, templum deorum...

VISUR, Gothorum rex avarit. nunc mutuo, nunc dono...

DOMALDER patri similis, ministros similes habuit. Frumentum...

ALGOTHO II. Sveonum & Gothorum principe opt. in expeditione...

RAGUALDUS Knaphofde, Sveonum rex, post Ingonis patris...

JUSSO ERISCON Danus ab Erico Pomerano, Sveonum rege...

ALBERTUS Magnopolensis in regem Sveonum electus, Teuton...